

Index Quæstionum Libri II.

- Super l. 70. Tauri, hodie l. 9. tit. 11. lib. 5. noua collect. Reg.*
- Quæst. CLXI. Nouem dies iure Regio concessi ad retrahendam rem immobilem venditam in publica subhabitatione, an incipiant currere à die Del remate, vel post lapsum in super tridui, vel aliorum nouem dierum, qui concedentur debitori ad retrahendas res proprias?
- Super l. 71. Tauri, hodie l. 10. tit. 11. lib. 5. noua coll. Reg.*
- Quæst. CLXII. Retractus an habeat locum pro re patrimoniali, vel auita simul vendita cum aliis, quæ non sunt huiusmodi vnico pretio?
- Super l. 75. Tauri, hodie l. 14. tit. 11. lib. 5. noua coll. Reg.*
- Quæst. CLXIII. Vxor constante matrimonio an possit fundum acquisitum, eo durante per maritum venditum retrahere?
- Quæst. CLXIV. Nouem dies concessi à Il. Regiis ad retrahendum rem communem pro indiuiso alienatam, an incipiant currere à die venditionis, sicut in retractu iure sanguinis?
- Quæst. CLXV. An retractus ratione communione habeat locum pro rebus mobilibus alienatis?
- Quæst. CLXVI. An habens censum annuum redimibilem super fundo, possit eum venditum retrahere?
- Quæst. CLXVII. An valeat pactum communiter apponi solitum in constitutione census, vt quoties dominus fundi, super quo census constituitur, voluerit vendere prædictum fundum, teneatur id denuntiare domino census, & ipsi dare pro eodẽ pretio potius quam alii?
- Super l. 68. Tauri, hodie l. 1. tit. 15. lib. 5. noua coll. Reg.*
- Quæst. CLXVIII. l. 68. Tauri intellectus.
- Super l. 2. & 3. tit. 15. lib. 5. noua coll. Reg.*
- Quæst. CLXIX. Venditio domus vel fundi, super quo erat prius constitutus annuus census redimibilis, si emptor id ignorabat, an postea ob id rescindatur?
- Super l. 4. tit. 15. lib. 5. noua collect. Reg.*
- Quæst. CLXX. Redditus perpetui absque pacto redimendi, an emi iuste possint, soluendi in frumento, vino, & oleo, & similibus, item & redimibiles super re propria in alium translata in prædict. rebus soluendi?
- Quæst. CLXXI. Annuus census redimibilis, an pro minori pretio vendi constitui possit, quam ad rationem quatuordecim pro vno.

Finis Indicis Legum & Quæstionum.

D. IOAN

- Super l. 6. tit. 15. lib. 5. noua coll. Reg.*
- Quæst. CLXXII. Censui emphyteuticus super re quam quis alteri tradit sub pensione annua redimibili soluenda, an pro minori pretio constitui possit, quam ad rationem quatuordecim millium pro quolibet millario?
- Quæst. CLXXIII. Censui semel recte constituti iusto pretio, an minori postea licite emi possint?
- Quæst. CLXXIV. Licetum an sit, & ab vsura ratione semorum, census redimibiles ea apposita conditione emere, vt non membratim & per partes, sed totus simul redimatur?
- Quæst. CLXXV. Pactum quod in pænam mortis census debitoris, lapso biennio, ipe ad census principalis redemptionem teneatur, an sit validum?
- Quæst. CLXXVI. Pacta quæ in contractu census prohibentur apponi per Motum proprium Pij Quinti super forma creandi census latum, si nihilominus apponatur, an vicietur in totum contractus, vel tantum respectu pactorum illicitorum, quæ apposita sunt?
- Quæst. CLXXVII. Censui annuus an constitui possit super aliqua re fructifera, quæ non valeat tantum fructum quotannis præstare, deductis laboribus & expensis, quanta est pensio à censuario soluenda?

Super tit. 18. De Cambiis, lib. 5. noua coll. Reg.

Quæst. CLXXVIII. Aureum numisma an permittatur aut vendi possit maiori pretio, quam sit illi à Republica taxatum?

Super l. 6. tit. 14. lib. 6. noua coll. Reg.

Quæst. CLXXIX. Venditor quantitatis pecunie, vel in ea condemnatus, an possit eam offerre in minutissima moneta, publica tamen & à Rege approbata?

Super l. 1. tit. 25. lib. 5. noua coll. Reg.

Quæst. CLXXX. Pragmatica taxæ panis an obliget in locis oppidicis & sterilibus, como es en la sierra & simili: vbi non seminatur nec metitur propter asperitatem terræ, an ea non obstante, frumentum & cetera possint vendi in prædict. locis ultra pretium ab eadem pragmatica taxatum, late discutitur?

Quæst. CLXXXI. Pro frumento pretio taxæ dato tempore penurie panis, an recipi possint aliæ merces viliori pretio quam communi currenti in foro publico? vel an id per contractum in nomenatum, do vt desieri licite possit?

Quæst. CLXXXII. Prohibiti officium panificorum in his Regnis exercere (prout sunt clerici, nobiles & alij diuites) illud de facto exercentes, vendendo per se vel suppositas personas panem coctum, pretio tamen iusto, quo communiter venditur in foro publico, an peccent, & ad restitutionem teneantur?



D. N. IOANNIS GUTIERREZ IVRISCONSULTI HISPANI PRÆCLARISSIMI, CANONICI DOCTORALIS ALMÆ ECCLESIE CIVITATENSIS,

Practicarum Quæstionum circa leges Regias Hispaniæ, Primæ
Partis Nouæ Collectionis Regiæ, libri duo.

LIBER PRIMVS.

SUMMARIÆ.

- 1 Debitor ex causa ciuili ad Ecclesiam confugiens, possit iure Regio ab ea extrahi, præcedentibus quibusdam diligentibus, de quibus hic.
- 2 Debitor ad ecclesiam confugiens, potest ab ea extrahi, ad exhibendum creditori seruitum, quod est contra consuetudinem antiquam horum regnorum pro debito tenetur præstare, præstata tamen quadam securitate de indemnitate sua persona contrarium, num. 10.
- 3 Seruus ad Ecclesiam confugiens, postquam de impunitate sua dominus inuicem non præstiterit, ad seruitium domini sui redire compellitur, etiam inuisitabilis à domino poterit occupari.
- 4 Mercatores & campsores decolli versuram facientes, & ad Ecclesiam confugiens cum suis bonis, ab ecclesia ad criminalem punitionem à iudicibus enolentur, & num. 16.
- 5 Debitor quotiescunque potest capi pro debito, extrahi potest ab Ecclesia secundum quorundam opinionem.
- 6 Debitor ex causa ciuili per instrumentum publicum, vel aliud habens paratam executionem, de iure nostro Regio potest capi personaliter & mercetari, si fideiussore, vulgo dicto de saneamiento, non præstiterit: idem in quocunque modo obligato, si subsistente suspitione vel causa de nouo contra eum, non satisfact.
- 7 Confugiens ad Ecclesiam cuiuscunque conditionis sit, gaudere debet Ecclesiastica immunitate, & quantumcunque graua delicta perpetravit, non est violenter ab Ecclesia extrahendus: nisi publicus laro sit, vel nollens deppulso agrorum.
- 8 Immunitas Ecclesiarum à iure diuino procedit.
- 9 Lex contra libertatem Ecclesiasticam aliquid disposita non erit seruanda, quæ debitor ex causa ciuili ad ecclesiam confugiens, ab ea non est extrahendus, sed potius gaudere debet immunitate ipsius, & num. 10.
- 11 Statutum vel consuetudo de capiendo personaliter debitorem ex causa ciuili, nec obligatio personalis præiudicat potestati immunitatis ecclesie: quare hic non obstantibus, nec consuetudine horum regnorum seruandi debitores creditoribus pro debito, debitor prædictus ab ecclesia extrahi non debet.
- 12 Lex 15. tit. 10. lib. 5. Fori, permittens extrahitionem

- debitoris ab Ecclesia, est terribilis in materia, & ne illa, nec dictum Abba, seruat in practico. secundum Roderic. Suarez.
- 13 Assignatur vera concordia inter supradictas opiniones contrarias, vt debitor ex causa ciuili confugiens ad Ecclesiam, non abscondens nec alportans secum bona in fraudem creditorum gaudeat immunitate Ecclesie, & ab ea extrahi non possit: ceteri vero debitores, qui cum bonis suis fugiunt ad Ecclesiam in fraudem creditorum, non gaudent immunitate ipsius, sed extrahi ab ea possunt, & nu. segg.
- 14 L. fin. tit. 1. l. 1. Nou. Collect. Reg. in idẽ inducitur.
- 15 L. 1. & 2. tit. 18. lib. 5. Nou. Collect. Reg. in idem inducitur.
- 16 L. 5. dist. tit. 19. lib. 5. Nou. Collect. Reg. ad idem adducitur.
- 17 Dist. 1. tit. 19. lib. 5. Nou. Collection. Regiæ intellectus.
- 18 Concordia prædicta frequentius in Regali Cancellaria Piniiana seruata.
- 19 Simplex fur an gaudere debeat immunitate Ecclesiastica, vbi quod cessante consuetudine in contrarium legitime prescripta, gaudere debet.
- 20 Hoc an procedat, etiam si fur rem furto alibi ablatam intra ecclesiam contrahauerit?
- 21 Fur tria, vel plura furti committens, ad ecclesiam confugiens, ab ea extrahi potest.
- 22 Publicus laro quis dicatur, vt is ecclesiastica immunitate non gaudeat, remissus.
- L. fin. tit. 2. lib. 1. Nou. Collect. Reg.

QVÆSTIO I.

QVÆRO, an debitor ex causa ciuili ad Ecclesiam confugiens possit ab ea extrahi, an vero gaudeat immunitate Ecclesie: Et quod non gaudeat, tenere soluit (quamvis sub dubio) Iason in l. unum, num. 4. ff. si certum perditur, idem Jafin l. perique, num. 16. ff. de iur. vocand. Zaf. ibi col. 2. Euerardus in centur. legal. cap. 40. col. final. Quorum opinio probata est hodie lege Regiæ finali tit. 2. lib. 1. noua Collect. Regiæ, qua cauetur, vt debitores ex causa ciuili ad Ecclesiam confugiens, possint ab ea extrahi, præcedentibus quibusdam diligentibus, nempe requisito iudice ecclesiastico, vt extrahatur.

natur: tandem contra eam etiam tenet & probat Remig. ubi supra, numero quinto & sexto in fin. dicens, non esse, communem quia communis & vera opinio est secundum ipsum, quod indistincte fugiens ad Ecclesiam non debeat ab ea extrahi inuitus, & quod ita feruatur, non obstante statuto municipali vel consuetudine, quod quis pro debito possit capi. Nam tale statutum vel consuetudo minime potest praediacare immunitati Ecclesiae, nec minus obligatio personalis, cum ipsa immunitas sit de iure diuino, vt supra probatum existit, nec etiam si esset de iure positio, cum laicis nulla sit attributa potestas siue facultas super Ecclesiis, vt in capit. Ecclesia sancte Marie, de constitutio. nec valeat talis consuetudo, quia grauiora esset, & contra libertatem Ecclesiae, vt in capit. 1. de consuetudin. cum similibus, & inquit Rodericus Suarez in dicta lege secunda, tit. De los gouernos, versiculo, quanto quadratur pagina ubi, 16. numero secundo, quod dicit. l. 15. fori, permittens extractionem debitoris ab Ecclesia, est terribilis in materia, & quod nec illa, nec dictum Abba. seruatur in practica, imo contrarium videtur semper obtentum & obseruatum: pro qua practica allegat dictam l. 1. titulo vnde primo, part. 1. a me supra allegatam, quem refert & sequitur Gregorius Lopez in dicta l. 1. in gloss. per deada, & Doctor Didacus Perez in libro quarto, titulo 1. l. Ordnamenti, columna 69, vers. est tamen dubium.

13 Hæc sunt, quæ pro vtraque parte questionē nostram debiam atque difficilem reddunt. Quid tenendum? Certo, omnibus recte pensatis atque consideratis, rem hanc ita componendam existimo, vt communis opinio affirmatiua supradicta, quæ habet, quod debitor ex causa ciuili confugiens ad Ecclesiam, gaudere debeat immunitate ipsius, ita vt ab ea iure extrahi non possit, tenenda sit in iudicando & consulendo tanquam verior & communior: hoc tamen addito, vt procedat in debitorē simpliciter, non abscondente neque asportante secum bona, & introducente ea in Ecclesiam, vel alias aliter occultante in fraudem creditorum, sed tantum fugiente ad Ecclesiam, per omnia supra proxime allegata pro secunda opinione. In ceteris vero debitoribus fallitis & decoctis, vulgo dictis alcados, qui cum bonis suis fugiunt ad Ecclesiam, ipsa in ea introducendo, vel alias abscondendo in fraudem creditorum, secus sit, atque in eis procedat prior opinio, vt hi gaudere minime debeant immunitate Ecclesiarum, sed potius ab eis extrahi possint. Et in hoc casu procedunt & loquuntur nostra lex fin. titulo secundo, l. primo, & lege prima & secunda, titulo decimo nono, libro quinto, non Collectio. Reg. vt ex ipsis patet. Nam cum hi secundi debitores, scilicet cum bonis suis fugientes ad Ecclesiam, habeantur & puniri debeant tanquam publici latrones, eo quod sua bona fraudulenter asportent atque abscondant, vt in dict. l. 1. & 2. merito quod immunitate Ecclesiarum gaudere non debeant, vt in dict. cap. inter alia, quatenus excepit publicum latrorem, & dicit. l. presentis, in d. vers. sane & si seruus, vt in specie nostra id probant nuncupatim, d. l. Regia modo relate.

14 Nec contra hæc distinctionem & concordiam verissimam & tenendam obstat principium dict. l. final. ubi indistincte & generaliter loquitur legislator in quibuslibet debitoribus aufugientibus ad Ecclesiam, vt hi immunitate Ecclesiastica gaudere minime debeant, sed possint ab Ecclesiis extrahi. Nec ad hoc requiritur, quod se coterant cum bonis suis in Ecclesia: nam respondeo, contrarium potius consistere ex litera eiusdem legis, tam in principio, ibi: Orosi que los bienes, &c. nam pro ratione illius decisionis

præmittit atque præsupponit in initio, quod debitor bona sua secum deferunt: quam postea in progressu eiusdem legis, ibi: E mandamos a jmesmo que saquen de las tales y legias los bienes de los tales deudores. Ecce igitur, dum dicit, De los tales deudores, infinnat, quomodo mens atque intentio legis semper fuit loquendi in huiusmodi debitoribus, qui sui bona in Ecclesiis detradunt: & iterum, ibi: Que dexen y permitan sacar los tales bienes y mercaderias de los tales deudores, & ibi: Y sus bienes. Quibus verbis ita sepe geminatis, ostenditur aperte præcisa mens legislatoris, iuxta late tradita per Euctardum in centuria legis capit. 91. & Mexiam in l. Regia Toleti, De los terminos, in 4. fundament. 1. parte, per 101.

Nec obstat, si quis obiciat, id de bonis non videri eo animo dictum nec positum in dicta lege Regia, vt necessarium sit debitorē ad Ecclesiam confugere cum bonis suis, ad hoc vt non gaudeat immunitate Ecclesiæ, sed casum contingibilem ibidem referri atque decidi circa bona eiusdem debitoris, ita vt quando ea ab ipso in Ecclesiam inducantur, is non solum, sed bona quoque ab ea extrahi possint, seruata forma eiusdem legis. Hoc namque cessat, cum eadem lex in omnibus sui partibus cum mysterio loquatur in debitorē fugiente ad Ecclesiam secum bona adducente, ex quo præcisa mens in eo tantum casu loquendi colligitur: in ipso ergo solam intelligenda atque practica erit, cum sit positum in præfata noua Collectione Regia, vt dicebam (sic intelligendus iuxta quotam quam allegauit) in dict. leg. nemo potest, numero centesimo octogesimo quarto, & in eo tantum exsequenda: sunt literæ Regiæ, quæ solent concedi in Consilio Regali, in eadem lege Regia inserta, vt iudices eam obseruent, præmaxime cum dicta lex sit correctoria iuris communis, & per hanc intellectum minus offendatur ius commune & magis reuertatur ad ipsum, quam si in vtriusque debitoribus ad Ecclesiam confugientibus eam indistincte intelligeremus. Ergo cum in debitoribus ex causa ciuili, qui ad Ecclesiam confugiunt absque bonis, nec ea alias abscondentibus dicta lex Regia, vt in his statutis, vt patet ex supra adductis pro communi & vera sententia atque in praxi recepta, consequens est, vt hi immunitate Ecclesiastica gaudere debeant, nec eos comprehendat dict. l. Regia, vnde nec iudices laici virtute ipsos eos ab Ecclesia extrahere debent, nisi constet, bona sua in Ecclesia extrahere vel aliter abscondidisse: quo casu d. l. loquitur, & non alias. Et ita hæc opinionem optime ad concordiam reducantur, & quælibet in suo casu recte procedit, nec non vna ac altera praxis, quæ contrariæ omnino videbantur, nunc conciliantur.

Vtcrius est, quod eadem lex Regia supradicta eo tantum casu loquatur iam supra relato, patet ex summario ipsius, quod ita se habet: Ley 11. En que manera los duadores por las causas civiles, que se retrayan a la iglesia con sus bienes, pueden ser sacados, y no gozan de la inmunidad de la Iglesia: & iterum in remissione posita ad finem, tit. 19. lib. 5. eiusdem Regiæ Collect. vbi eodem modo intelligitur d. l. fin.

Secundo & principaliter hæc eadem concordia 15 probati videtur argumento sumto ex dict. l. 1. & 2. titulo decimo nono, eodem lib. 5. dum extollunt grauitatem delicti De los deudores que se alcan con sus bienes, vt patet ex illis verbis d. l. aserretis: Y mandamos, que el cabrador, o mercader que tal cosa biziere, sea tenido desde en adelante por robador publico, e incurra por ella en las penas en que ca e incurry lo robadores publicos, &c. & in d. l. 2. ibi: Y nos por la presente declaramos, los que assi se alcan, ser publicos ladro-

ladrones, y verdaderos robadores, & ibi: Y si algunos bienes suyos hallaren que estân receptados en algunas iglesias, o monasterios, o hospizios, o fortales, o en otras qualquier partes, y lugares, los saquen de ellos, para que de alli sean pagados los acreedores de lo que les fuere devido, & in aliis partibus eiusdem legis. Ergo nec ipsi gaudere debent immunitate Ecclesiæ, & ita nouissime tenet per dict. l. & per leg. quare, eiusdem tituli, Joana Giaccian. in reg. 117. n. 11.

16 Imo & clausus legibus, huiusmodi mercatores falliti atque decocti, præmaxime atreata praxi Galliz, non gaudent immunitate Ecclesiarum, secundum Boetium decisio. 215. numero septimo, & Beneuenti. in tit. de mercator. tit. de decoctis, tertia parte, numero 41. & seqq. pag. 108 & Rebuff. in 2. tom. ad Regiæ constitutiones G. alia, tit. de mercator. artic. ultim. gloss. omnia numer. 7. & 8. fol. 290. & Joann. Masenc. late de syl. Cancellar. proem. 22. cap. 5. gloss. 10. numero secundo, & sequentibus, & eundem in l. 1. gloss. 2. num. 9. tit. 19. lib. 5. noua collectio. Regiæ, & D. de S. Suarez de Paz ubi supra, numero 156.

17 Et tamen in l. 1. etudum tit. 1. diuersum disponi videtur apertissime in ceteris debitoribus resolutis, nempe quebrados, in hunc modum: Orosi, por quanto algunos de los mercaderes, y cambiadores, puelo que no se alcan con sus personas, y bienes pero dicen que quebran en sus contrataciones, y negocios, de lo qual siendo por su culpa y dolo, o malicia, resulta danno a la republica, mandamos, que en quanto dylas que assi se obran, no cumplan por falta de bienes, que e haga cullida conforme a derecho y leyes de los Reynos y la ealdad de los negocios. Nam ex his verbis (si memoria teneamus decisionem l. 1. & 1. præcedentis eiusdem tituli, quatum meminit dict. l. 1. saltem narratiue) satis expresse colligitur, aliud esse dicendum in debitoribus non alcados con sus bienes, sino quebrados, que por falta de bienes se auentan, y van a las yelias, in quibus non idem, quod in præcedentibus, sed ius commune atque alias Regium feruati præcipitur. Ius igitur commune hoc casu disponit, vt hi debitores ad Ecclesiam confugientes, gaudeant immunitate ipsius, ita vt ab ea extrahi minime possint, vt vidimus supra in secunda opinione: tunc enim furtum minime committunt, nec bonorum, quia illa secum non deferunt nec abscondunt: nec sui ipsorum, cum sint liberi homines, si que debeant gaudere immunitate Ecclesiæ.

18 Seruus tamen etiam solus, absque bonis fugiendo ad Ecclesiam, minime, quia cum sit seruus, suspensus furtum committit domino, fugiendo, vt probat textus in dict. l. presentis, in vers. sane & si seruus, & in dict. cap. inter alia, in 2. parte. Et quod ad hoc, vt mercatores vel camplores vesturam facientes, incidant in penas dicta l. 1. tit. 1. a. l. bro quinto noua Collectio. Reg. & pro graffatoribus & publicis latronibus habeantur, requiritur, quod fugiant, bonaque aliqua occultent, vel bona tantum abscondant, quamuis ipsi non fugiant, vt in l. 1. eodem tit. Secus vero, si ipsi soli fugiant absque asportatione bonorum: quia tunc potius dicitur latratio quam fuga, vt in l. Fulonius, §. quid sit latrare ff. ex quibus causis in possessionem eatur, ex Boc. dicit. decisio. 215. n. 1. in fin. & Beneuenti in tit. de decoctis, l. part. n. 6. probat in terminis Masenc. in dict. l. 1. gloss. 1. n. 7. & 3.

19 Et tandem, secundum hanc meam sententiam & concordiam, scio non semel pronunciatum fuisse in Regali Cancellaria Pintiana, & arteffis latis vice declaratum, hos debitores absque bonis ad Ecclesias confugientes gaudere debere immunitate Ecclesiastica, recteque procedere iudicium Ecclesiasticum aduersus secularem eos extrahentem, nec vim ei inferre, nõ

deferendo in eo suæ appellationi, & ad Ecclesiasticum eundem remissam fuisse causam: quod etiam nouissime post hæc scripta refert concilius noster D. Azucud. in dict. l. fin. numero septimo, vbi numeris præcedentibus sic intelligit & interpretatur eandem legem modo scilicet supradicto, probans dictam communem sententiam in debitoribus simplicibus, & aliis quebrados, & numero sexto, cam limitat in debitoribus fallitis, cũ Boerio, & aliis aduersus Nauarr. Et quamvis postea semel contrarium sciam esse dictum in eadem Curia Regali, in causa cuiusdam debitoris ex causa ciuili sine bonis ad Ecclesiam confugientis, à qua fuit abstractus per iudicem secularem Ciuitatensem, virtute cuiusdam pronouisionis Regalis, in qua fuit insertus tenor dictæ legis Regiæ finalis. Nam declaratum fuit, iudicem Ecclesiasticum Ciuitatensem contra dictum secularem procedentem super restitutione faciendâ eiusdem debitoris ad Ecclesiam, vnde cum abduxit, vim facere in non deferendo eidem seculari appellationi eac prouide fuit iussum, vt deferret & reponeret omnia gesta post dictam appellationem & durante termino, in quo potuit appellari, atque absolueret in totum excommunicatus: nihilominus tamen præcedentem meam sententiam atque distinctionem probomagis, tam iure, vt supra vique est: tum etiam quia frequentius secundum eam credo iudicatum in prædicta Regia Cancellaria. Nec obstant fundamenta & rationes supra adductæ pro prima opinione contraria, quoniam iam ipsa sunt diluta ex præcedentibus: & forsan melius dici potest, quod nostra lex, cum ciuilibus sit, nihil directo potuit disponere super immunitate ecclesiastica, sed solum fuit iuris Canonici declaratoria, & secundum ius Canonicum non est aliqua immunitas concessa Ecclesiæ, quando agitur de re ciuilitate, sed solum quando agitur criminaliter: & hoc voluit dicere lex Regia, quod debitoribus solum gaudeant immunitate, quoad crimen, non vero quoad bonas: hoc probat text. in cap. inter alia, de immunitat. Eccles. ibi: super hoc, tum quod inique fecerit, & c. ubi gloss. verb. puniendus, & ceterum in fin. 17. q. 4. ubi gloss. magn. in finalibus verbis cogitabit.

Vltimo ꝑ ex supradictis iam bene insertis, simplicem furem gaudere debere immunitate Ecclesiastica, iuxta communem in dict. cap. inter alia quam refert, & sequitur Anton. Gomez. 3. tom. variar. resolution. cap. 10. numero secundo, in quo nulla est differentia, secundum Iulium Clarum in pract. criminali. §. fin. question. 30. vers. fin. quinto quarto, an fures sequitur Doct. Conarr. libro secundo, variar. resolution. cap. 20. num. 11. ad fin. qui solus addit, quod consuetudo consensu clericorum & laicorum instituta, obtinuit, fures etiam simplices nõ gaudere templotum immunitate, & quod ita passim ab Ecclesiis abducuntur inuiti à iudicibus secularibus: sed hanc consuetudinem apud se non feruari restatur Iulius Clarus ubi supra, dicit tamen bonum esse eam seruare in locis, vbi est copia fumen: sed apud se non seruare dictam consuetudinem, neque obseruandâ esse, vt nimium rigorosam & impiam, testatur Tiber. Decian. 2. p. 1. tract. crimin. libro sexto, cap. 18. num. 4. folio 54. Eandem sententiam communem refert Doctor Paz ubi supra numero 71 qui numero præcedenti inquit, prædictam consuetudinem contrariam obtinere aduersus regulam dict. cap. inter alia, cum sit legitime præscripta. Idem viam iam receptam probat Salo de iustis & iur. in 2. D. Thom. quæst. 86. artic. 6. controu. 3. in fin. columna. 1141. Ego vero existimo prædictam communem sententiam in dubio esse seruandam, pro vt iam vidi duab. sententiis conformibus esse pronuntiatum, nisi prædicta consuetudo legitime præscripta probetur: tunc enim ei erit standum. Que t. commu. 11

ni sententia procedit etiam in eo fure, qui rem furto alibi ablatam intra Ecclesiam contrectauerit, eaque visis fuerint adhuc talis fur gaudebit immunitate Ecclesie, nec ab ea extrahi poterit, licet res ipsa furata possit ei per vim auferri, vt domino restitatur, vt aduersus Angel. Castren. filium Pauli Castrensis. consil. 259. libro secundo, inter consilia patrie sui, decreuit Doctor Couarru. vbi supra numero decimo quinto, ad finem, quem sequitur Doct. Quesada dices in question. libr. 1. cap. 1. fol. 11. colum. 2. illius. Et A. quod vbi supra num. 1. et que verius secundum Doct. Paz vbi supra, num. 95. quamvis numer. 90. & 9. referat ex Boet. decisum 19. num. 47. contrariam opinionem, cum Angel. Castren. vbi supra, esse communem: sed nihilominus precedens tenenda est, secundum quam iudicauit Senatus Portugal. secundum Antonium Gam. decisum. Lusitan. 71. numer. 1. & eam sequitur Tiber. Decian. vbi supra. dist. nu. 4. Et prefatus D. Paz num. 71. limitat priorem communem sententiam, ne dum de consuetudine, vt retuli, sed etiam de iure in fure tria vel plura furta committente, quia per talem consuetudinem efficeretur famosus, ac proinde immunitate Ecclesie non gauderet, vt in d. cap. inter aia. de quo text. vltra D. D. ibidem videndum est Remig. de Gon. de immuni. ecclesiar. fallent. 1. & 2. Ant. Gom. vbi supra, & l. 8. tit. 13. part. 7.

SVMARIA.

- 1 Videns aliquem rixantem cum suo consanguineo, amico vel affine, qui statim sine animo pensato occurrere illuc, occidit illum a tergo, & confugit ad Ecclesiam, an gaudeat immunitate ecclesie, nec ne?
- 2 Homicida proditorius gaudere non debet immunitate Ecclesiastica, contrarium n. 6.
- 3 Homicida proditorius quis dicatur iure communi & Regio, & n. 4. & n. 9. vbi quando dicatur per insidias homicidium commissum.
- 4 Nemo ab ecclesia violentus & per vim abducendus est, etiam si graue crimen perpetraverit.
- 5 Cap. 1. de homicid. intellectus.
- 6 Traditor conuictus, secundum de rebus de Partidas, se llama en una de catorze maneras.
- 7 Si quis fecit insultum contra consanguineum meum, volens ipsum occidere, & ego volens defendere & adiuuare consanguineum meum, occidam inuisorem, non sum puniendus, quia est habenda ratio affectionis.
- 8 Impulsio apud rectores appellatur, qua sine consideratione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur, vt amor, iracundia, agritudo, violentia, & omnino omnia in quibus animus ita videtur affectus fuisse, vt rem prospicere cum consilio & cura non potuerit, & id quod fecit, impetu quodam animi potius quam consideratione fecerit.
- 9 Homicidium in supradicto casu non cogitate & deliberate, sed impetu commissum esse.
- 10 Idem est, quando in ipso actu rixae, vel actu instantis iusti doloris alterius affectus animi quis vulneratus vel occiditur, etiam si rixa paulo ante processerit.
- 11 Quod supradictum est, procedit etiam si ira promotus est, per insidias vel industriam deinde occiderit aduersarium.
- 12 Nec hoc casu habet locum, quod alias dicitur, insidiatorem ex proposito, carere priuilegio confugiendi ad Ecclesiam.
- 13 Videns fratrem, amicum, vel etiam incognitum rixantem cum alio, & stimulo defensionis proximi nullis dictis verbis alium insultet & occidat, non punitur poena ordinaria, licet errauerit, quia non est animus deliberatus.
- 14 Simplex homicida gaudet immunitate Ecclesiastica, etiam si culpa vel dolo, nulla tamen animi deliberatione ex intervallo procedenti occiderit.

- 15 Licet occidere, volentem occidere consanguineum meum, quia cum iniuria sit viui, consequenter dicitur fieri omnibus.
- 16 Lex 10. titul. 26. libro 8. Nou. Collection. Reg. declaratur.
- 17 Proditor & aleuosus dicitur ille de iure Regio, qui interfecit alium secure, & non in praesio vel rixa.
- 18 Licet de iure communi, quando duo erant inimici, offensor nullo modo committit prodicionem: iure tamen Regio hoc corrigitur, quia eo iure homicidium dicitur commissum proditorie, quando aliquis alium retro occidit, non vero facie ad faciem, taliter quod offensus possit se defendere & praecauere, quando homicidium committitur in pelea, o rima o guerra.
- 19 Dictione Doctoris debet intelligi secundum legem, quam allegat.
- 20 Vbi processit rixa, cessat deliberatio & proditio.
- 21 Exquisitus de animo praemeditato, potest se defendere, probando ipsam rixam precedentem.
- 22 Secus censetur, qui nihil timet.
- 23 Praefatus casus questionis in Regali Cancellaria Pintiana iuxta sententiam auctoritatis.

Eadem l. fin. tit. 11.

QUESTIO II.

QUANDO tunc secundo, circa eandem l. fin. titulo seculo primo, Nou. Collection. Reg. quae in debitoribus ex causa civilium confugiendis ad Ecclesiam loquitur, an procedat etiam in criminalibus in eo, qui videtur aliquem rixantem cum suo consanguineo, amico, vel affine, statim sine animo pensato occurrere illuc, occidit illum a tergo, & confugit ad Ecclesiam, debeat hic gaudere immunitate Ecclesie, nec ne? Et iam hic casus contigit in praxi in hac ciuitate, fuitque reputatus satis difficilis & controuersus. Et primo videtur minime gaudere huiusmodi delinquentem immunitate Ecclesie in casu proposito, quia, vt probatum fuit, dictus delinquens occidit a tergo rixantem cum suo consanguineo, & sicque fuit homicida proditorius, gaudere ergo non debet immunitate Ecclesiastica, vt in cap. 1. de homicid. cuius verba sunt haec: Si quis per insidiam occiderit proximum suum, vel per insidias ab altari meo euellens eum, vt moriatur, & in l. vltim. titulo decimo, part. 1. per quae iura haec est communis sententia Doctorum secundum Remig. de Gon. de immuni. Eccles. fallent. 13. & 14. & Doct. Couarru. lib. 1. variar. resolution. cap. 20. n. 7. in fin. & Anton. Gom. 3. tom. 2. variar. resolution. cap. 10. de immuni. Eccles. n. 2. Iulian. Clar. in praet. crimin. §. fin. quaest. 30. in vlt. scias tamen, & nouissime testatur communem plures referens D. Paz in sua prax. §. par. 1. tom. 6. §. 3. n. 11. & 114.

Proditorius autem tunc homicida dicitur, quando quis occidit alium proditorie & aleuose, quia etiam amici, & inter eos nulla erat causa rixae vel discordiae, & vnus occidit vel offendit alium secure. Ita probat text. in l. propter insidias, C. qui accusa, no. post. & in l. 4. ff. ad leg. Jul. de Aestuat. & in l. final. C. de delat. l. decimo, & in cap. si episcopus, §. 6. quaest. 1. & in cap. clericus, §. 6. dist. 11. & vtrobique communiter DD. vt testatur Anton. Gom. 3. tom. 2. variar. cap. 1. de homicid. numero quinto, vbi in vlt. quaest. vlt. hoc praecipue hodie procedere affirmat, dicens, quod ille dicitur proditorius & aleuosus qui interfecit alium secure, & no. in praesio vel rixa, sed retro, & non facie ad faciem, causa amicitiae vel inimicitiae minime considerata: quauis si iniucit erant amici, indistincte

indistincte offensor videtur committere prodicionem & aleuosiam, quomodo cumque occidat facie ad faciem, vel retro, quia ille non potuit ibi praecauere. Si vero inimicum erant inimici, de iure communi offensor non committit prodicionem vel aleuosiam, qualitercumque occiderit vel offenderet: sed de iure nostro Regio, hoc casu eam committit, quando retro occidit vel offendit, non vero facie ad faciem, taliter quod offensus possit se defendere & praecauere. Quia opinionem iure etiam Regio probant Couarr. vbi supra dist. 11. n. 7. vbi scribit tamen. Bar. & D. Paz vbi supra num. 11. & sequent. Praeterea tunc dicitur quis proditorie alterum occidere, quando sine diffidatione occiderit, vt ex And. de Isern. refert Marc. de Affl. decis. 26. num. 64. Sed in proposito quaestione dictus delinquens non erat inimicus dicti occisi, sed potius amicus, eumque occidit a tergo sine diffidatione nulla inter eos praecedente rixa, nec occisus habuit causam praecauendi, vt probatum existit in processu. Ergo proditorius homicida censendus erit, quandoquidem eum occidit a tergo secure, & absque eo quod occisus praecauere possit: quam ob rem delinquens huiusmodi gaudere non debet immunitate ecclesie, etiam si inimicus occisi fuisset tempore delicti, iuxta precedentem doctrinam. Hoc fundamentum adeo astrinxit nonnullis iudicum supetiorum, ad quos causa haec per modum violentiae per appellationem a iudice ecclesiastico delata fuit, vt eos moueret, vt remissio eiusdem, tanquam dubia, ad aliam aulam ferret in Regia Cancellaria Pintiana.

Hoc tamen non obstante, contrarium est tenendum in praesenti quaestione, imo quod praefatus delinquens gaudere debeat immunitate ecclesie, ad eam remitti a qua violenter per iudicem secularem, ipsiusque ministros fuit extractus, sub praetextu quod praedictum homicidium commiserit proditorie: & primo, quia nemo ab ecclesia violentus & per vim abducendus est, etiam si graue crimen perpetraverit. Haec regula affirmatiua probatur in cap. inter aia. de immuni. eccles. & aliis pluribus iuribus, eamque probant atque tuerent frequentissime omnes, qui materiam istam tractauerunt, secundum Doct. Couarr. dist. 11. v. 2. var. resol. cap. 20. n. 6. in fin. qui etiam est videndum ibidem num. 2. & praeterea Remig. de Gon. de immuni. eccles. reg. 1. probatur praeterea in leg. 2. titul. 1. part. 1. Tandem haec est vera & communis conclusio Canonistarum, vt resoluunt Iul. Clar. vbi supra dist. 11. quaest. 10. in prin. & in vlt. quae nonnullis alios refert & asserit, quod generaliter omnes delinquentes gaudent immunitate ecclesie ad quam confugiunt.

Non obstant fundamentum contrariae partis, nempe quod homicida proditorius non gaudet immunitate ecclesie, vt in cap. 1. Exod. transsumitur in dist. cap. 1. de homicid. cum reliquis supra allegatis. Nam primo respondeo, contrarium tenuisse Abb. in dist. cap. 1. & in cap. cum non ab homine, & in cap. si clerici, de iudic. in prin. num. 46. & sequent. & alii plures relati per Couarr. vbi supra, vbi citat Guillem. Benedict. post. reposit. cap. Raynuius, de testament. in quest. de homicid. dicentem hanc contrariam opinionem frequentiori Doctorum calculo receptam esse, & Alciat ac Bernard. Diaz asserentes, eam plerumque atque sapissime seruatum fuisse in praxi. Eandem sententiam sequuntur alii plures, quos refert Boet. decisum 109. num. 3. vbi quod ista videtur esse conclusio canonistarum: ea sequitur nouissime praedictos & alios referens Decia. consil. 80. nu. 21. & 23. lib. 1. referens esse communem & sapissime in practica seruatum, ex Guill. Benedict. vbi supra & inquit Anton. Gomez dist. 1. tom. 1. cap. 10. num. 2. quod in puncto iuris haec opinio videtur vetior,

Primo quia text. in dist. cap. inter aia, generaliter disponit, quod omnis delinquens gaudeat immunitate ecclesie, etiam si graue delictum perpetraverit, & excipit tantum duas personas, scilicet publicum latronem & depopulatorem agrorum. In ceteris ergo firma remanet dicta regula affirmatiua. Idem expressiori inductione probat leg. 4. tit. 11. part. 1. vbi: Atodos los otros defende la santa Iglesia, que ninguno les faga mal, segun que de suso es dicho.

Nec tenendo hanc opinionem aduersus primam communem obstat dist. cap. 1. de homicid. in verbis supra relatis, quia loquitur in clerico homicida, & licet generaliter loquatur laicumque etiam comprehendat, intelligi debet, quod talis homicida proditorius ab ecclesia euellatur, scilicet per excommunicationem secundum Abb. & ceteros praedictos DD. Nec tunc obstat dist. l. fin. tit. 11. part. 1. adducta pro prima opinione ibi: Assi co mo los traydores conuictos, quia, traditor conuictus, segun derecho de leyes de partidas se llama en una de catorze maneras que pone la ley 1. tit. 2. part. 7. ninguna dellas es, quando un hombre mata a otro, antes dice a quella ley in finalibus verbis: Quando el yerro es heco contra otros homes es llamado aleyre, segun fuero de Espanna. Ex quibus haec secunda opinio vetior videtur.

Secundo respondeo ad primam communem opinionem in contrarium supra adductam, quod licet ipsa tenenda foret, adhuc in nostro casu verificari non potest, quia non fuit commissum homicidium per insidias, sequentibus rationibus. Primo tunc dicitur per insidias vel proditorie homicidium commissum, quando vnus actu ostenditur, & aliud mente geritur, vt in l. ff. de praenari. veluti si veniens tecum tanquam socius itineris vel sedes simul in menta te percutit, nulla intencione rixae Irem proditor dicitur ille vulgari nuncupatione, qui sine vlla causa & absque vlla diffidatione cum qui de ipso confidat, vulnerauit vel grauerit offendit, vt tenent plures Doctores congești per eundem Remigium, in dist. tracl. de immuni. eccles. fallent. 14. sequitur etiam Marc. de Affl. dist. decis. 105. num. 64. & 65. lacob. Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. centur. 2. cas. 361. nu. 24. Doct. Burg. de Paz consil. 22. num. 16. Sed hoc casu homicidium non fuit commissum proditorie nec per insidias, quia non vnus in mente, & aliud in verbis gerebat occidendi, nec erat socius occisi, nec mentis, & causa fuit occidendi, nempe rixa cum consanguineo, vt infra dicetur, ergo gaudere debet immunitate ecclesie.

Secundo tunc alia ratione minime dici potest in proposito, commissum esse homicidium proditorie nec per insidias, nempe propter doctrinam Bald. in l. raptores, num. 2. C. de Episc. & cleric. vbi tenet, quod si quis facit insultum contra consanguineum meum, volens ipsum occidere, & ego volens defendere & adiuuare consanguineum meum occidam inuisorem, non sum puniendus, quia est habenda ratio affectionis: quem refert & sequitur Thom. Gramma. conf. crim. 68. num. 6. sequitur plurimos referens amplianque in extraneo Anton Gomez 3. tom. cap. 3. de homicid. num. 21. & Menoch. dist. casu 361. nu. 9. & 10. Vbi plures t allegat dicentes, hanc apud Rectores appellari impulsionem, quae sine consideratione, per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur, vt amor, iracundia, agritudo, violentia, & omnino omnia, in quibus animus ita videtur affectus fuisse, vt rem prospicere cum consilio & cura non potuerit, & id quod fecit, impetu quodam animi potius quam consideratione fecerit, vt refert Marc. Tul. Cicero. lib. 2. de Inuentione. Tandem concludit Menoch. dist. 1. tom. 10. hoc casu homicidium non cogitate & deliberate, sed impetu commissum esse. Et tunc dist. 17. idem repetit, nempe quando 13.

in ipso actu rixæ vel in actu instantis iusti doloris alterius affectus animi qui vulneratur vel occiditur, tunc clarum est non esse communi delictum amodo deliberato, cogitato ac meditato: quinimo hoc amplius ille numero decimo sexto, etiam si rixa paulo ante præcesserit, vel iustus dolor alterius impetuosus animi affectus: quia adhuc perdurat illa causa impetus animi, quod in specie sensit Bos. in sua præf. crim. titul. de homic. num. sexagesimo primo & aliquos ipse

14 Menochius refert, qui denique numero decimo nono, inquit, quod in hoc casu non constituit differentiam, an iste qui ita perterritus est, per insidias & industriam deinde vulneret aduersarium vel occidat, quia semper dicitur moueri ob iracundiam & iustum dolorem: imo præsumitur maior concitatio mentis, posteaquam ad summam vindictam industriam & insidias adhibuit.

15 Nec hoc in casu locum habere testatur, quod scribunt Doctores, insidiatorum ex proposito, & ob id carere priuilegio confugiendi ad ecclesiam. Nam illud procedit in aliis casibus, non in hoc, idque præmaxime verum esse constat in nostro casu, in quo homicidium commissum fuit in rixa cum consanguineo habita, & impetu quodam, non veto animo deliberato nec meditato. Quinimo omnes coniecturæ quas Menochius ubi supra, in toto illo casu congerit ad delegendum animum præmeditatum & deliberatum, ut homicidium dicitur proditorie per insidias & industriam commissum, in nostro casu deficiunt, ut videre licet latius apud ipsum.

16 Tertio, r quod in nostra specie cesset atque deficiat qualitas supra dicta proditoris & insidiarum, probatur perentorie ex doctrina plurimorum Doctorum, quos refert & sequitur Egid. Bos. in præf. crim. tit. de homic. n. 59, fol. 269 vbi tenet, quod si video fratrem cum alio, amicum, vel etiam incognitum rixantem cum alio, & stimulo defensionis proximi, nullis dictis verbis alium insultem & occidam, non puniatur poena ordinaria, licet errauerim, quia non est animus deliberatus ante, imo tunc superuenit, & fuit actus impetu factus, & quod iudex potest homicidam provocatum etiam mitius punire. dato quod fuerit provocatus facto tertii. Aduerte ad verba illa nullis dictis verbis: Ergo si homicidium propter rixam præcedentem cum alio etiam nullis dictis verbis, non est nec dici potest deliberato animo commissum, nisi de proposito & caso pensado, sed simpliciter debet sic occidens gaudere immunitate ecclesiæ: iuxta & communem resolutionem Doctorum, traditam per Iulium Clarum, in sua præf. cri. §. fin. qual. 20. versic. scilicet tamen, vbi inquit quod omnes conueniunt in homicidio simplici, scilicet quod committit esse casu, culpa vel etiam dolo, nulla tamen animi deliberatione ex intervallo præcedente, ut talis simplex homicida gaudeat immunitate, & quod hæc opinio procul dubio communis est, & ab omnibus indifferenter obseruata, propterea etiam eam iussit seruari Senatus in quodam Augustino Palmerio, 15. Februar. 1550. testatur communem Doctorem Paz. ubi supra num. 131.

18 Et huius communis resolutionis ea est ratio, quod optime adnotat additio Bald. in leg. rationes, numero secundo, liter. C. de Episcopi & clericis. dicens, Nota quod licet occidere volentem occidere consanguinem meum, quia cum iniuria fit vni, consequenter dicitur fieri omnibus, ut in leg. 1. & ibi Baldus. C. sequacunque præd. post. Ergo cum dictus occisus esset in rixa cum consanguineo occidentis, & sic fieret offensæ & iniuriæ omnibus consanguineis illius, cum quo rixabatur, occisus tenebatur se præcauere à prædictis consanguineis alterius rixantis sic offen-

sis. Quamobrem minime dici potest proditorie occisus, quia ut inquit Couar. ubi supra numero septimo, versic. tandem hu. &c. proditorius homicida est, qui occidit eum, qui eius inimicus non est, nihilque tale præcauentem, cum nulla esset præcauendi causa. Hoc namque magna adertat præcauendi ab omnibus consanguineis eius, ad quos rixabatur dicitur occisus, præcipue à propinquiorebus eiusdem, sicut erat qui alserit eum occidisse.

Quarto & vltimo, quod in presenti casu nulla intercesserit proditio nec aleuofia, probatur ex leg. 7. que est finalis in septimo libro. ord. Reg. veter. hodie leg. decima, titul. 10. libr. 8. Non Collecti. Reg. vbi dicitur: Orosi todo hombre que haze e muere segura, eae en caso de aleue y lam tad de sus bienes pertenecen a nuestra camara: y eada muere sed e segura, salvo aquella que fuere fecha en pelea, o en guerra, o en rrima. cum igitur homicidium hoc contigerit in rima y pelea, non dicitur mors secuta nec aleuis, si que occidens gaudere debet immunitate ecclesiæ. Multum igitur considerandum est, legem præfatam non dicere nec requirere, para ene no se diga muere segura, o aleue la que se haze en rrima o pelea, que sea en tre los que rrimen y pelean sino generamente dispone, que la muere hecha en pelea, o rrima, no se diga segura ni aleue. Ex quo consequitur, quod consanguineus videns consanguineum rixantem cum alio, occidens eum non dicitur committere proditorem nec aleuofiam, quandoquidem id contigerit in rixa, licueritque eidem defendere consanguineum suum iuxta supra tradita in ratione precedenti, quod melius probatur in dist. leg. 7. cum etiam loquitur En. muere he. ba. en guerra, y la eguapara a con la que se haze en pelea, o en rrima, para que no se diga segura a aleue. Porque es cosa cierta y clara, que en guerra succeden muchas vezes muertes, no solo por los mismos que particular mente estan rrimando y peleando, sino tambien por otras que estan por de tra y lexos, y matan algunos de los que estan en otra parte rrimando. Quare idem dicendum est in homicidio commisso En pelea o en rrima. Confert etiam ad idem leg. 2. tit. 12. lib. 8. ord. in. hodie leg. 2. tit. 23. libr. non. collecti. Reg. Ex quibus & legitibus Regiis deducit Antonius Gomez, dist. cap. de homic. num. 5. quod proditor & aleuofus dicitur ille de iure Regio, qui interficit alium secute, & non in pralio vel rixa: Ergo cum hic in rixa fuerit occisus, occidens non dicitur proditor nec aleuofus. Et sic remanet sufficienter factis factum fundamentum prioris partis, summo ex dist. cap. 1. de homicid. cum communi.

Non obstat & doctrina eiusdem Antonii Gomez, 21 & Couar. ubi supra, adducta pro prima parte tenentium quod licet de iure communi, quando duo erant inimici, offensore nullo modo committat proditorem: iure tamen Regio hoc corrigitur, quia eo iure homicidium dicitur commissum proditorie, quando aliquis alium retro occidit, non vero facit ad faciē, taliter, quod offensus possit se defendere & præcauere: quia hoc debet intelligi iuxta easdem leges Regias & casum quo eadem loquuntur, scilicet quando homicidium committitur en pelea, o en rrima, o en guerra: quia & dictum Doctoris debet intelligi secundum legem, quam allegat, iuxta doctrinam Barto. communiter approbatam in leg. non solum. §. si liberationis, n. septimo ff. de liberat. lega. Nā & ubi præcessit rixa, cessat de liberatione & proditio, ut constat latissime ex adductis per Menochium ubi supra, præcipue numero 31. & 35. vbi considerat propositum & præmeditationem quando abest omnis rixa, omnisque casus fortuitus, ut in exemplo ibi per eū ficto. Et & præterea docet ex Blā. ex. 24. quod iustum de animo præmeditatoris, posse se defendere, probando ipsam rixam præcedentem. Quod & etiam 25 com-

comprobatur, quia securus censetur, qui nihil timeret, ut in l. ff. de action. em. & ob id dicitur securus, quia periculum non imminet: argum. ex. in l. 1. §. quoties, ff. de ventr. in poss. in inter. ubi. Possunt securi creditores esse, cum periculis ad curatorem pertineat. Et in terminis tenet Burg. de Paz. d. conf. 22. n. 18. Cū igitur præcesserit rixa inter occisum & consanguineum occidentis, confusus est ut non possit dici mors secuta, cum occisus ob prædictam rixam præcedentem non deberet esse securus, sed timere periculum offensionis consanguineorum illius cum quo rixabatur, quibus etiam iniuria inferri videbatur. Ex quibus omnibus liquidissime patet, dictum delinquentē (erit apertissime esset probatum, ipsum homicidium commisisse, quod dicitur) in præfata nostra questione specie gaudere debet immunitate Ecclesiæ, & eidem restitendum esse & Et ita merito pronuntiauit iudex Ecclesiasticus, & tandem Regii Auditores in alia aula, ad quam tanquam causa dubia fuit remissa, idem decreuerunt, sicque fuit executioni mandatum, nam delinquens fuit restitutus eidem Ecclesiæ, à qua fuit abductus, ut gauderet immunitate ipsius, propterea quod gausus fuit in presenti, atque Ecclesiæ immunitatem & causam fauente supra dictis iuris allegationibus, quarum copia ad prædictos iudices fuit transmissa, illique tradita.

SUMMARIA.

- 1 Clerici tenentur iure civili & Regio ad contributionem eorum, qua sunt necessaria ad omnium communem utilitatem, ut sunt refectiones pontium, fontium, murorum emones terminis & similia, deficientibus bonis propriis conciliorum.
- 2 Atteno iam iure Canonico ad hoc clericis compelli non possunt per iudices seculares, sub poena excommunicationis, nec ipsi clericis tenentur aliquid hoc casu conferre nisi sponte velint approbante Episcopo cum clerico, & ubi laicorum non suppetunt facultates. Item Romano Pontifice prius consulto: prima opinio principalis.
- 3 Clericos compelli non posse ad soluendam sissam vulgo dicta, pro reparatione fontium pontium, & similia in ipsorum pro commune civitatis, licentia Papæ ad hoc non precedente, & n. 6. quod imminente necessitate sufficeret ad hoc consensus Episcopi & clericorum, deficientibus propriis concilii.
- 4 Nullus etiam de Ecclesiæ excusatur à murorum vigilia, sed omnes ad hoc generaliter compelluntur: quod si tanta esset necessitas & periculum, quod si expectaretur assensus Papæ, civitatis & populi per insidentes astantes invaderetur, tunc sufficeret assensus Episcopi & clericorum.
- 5 Quod clericis iure etiam Canonico teneantur ad contributionem supra dictorum, ad idque compelli possint per iudices & potestates seculares, præmaxime instante necessitate & astante consuetudine, etiam inconsulto Romano Pontifice: secunda opinio principalis.
- 6 Eligitur ab auctore prima opinio principalis, de qua supra, nisi quando ex imminente necessitate non possit sine auctore scandalo vel periculo, haberi prius recursus ad Papam, quia tunc sufficeret delibatio Episcopi & clericorum.
- 7 Contributio clericorum ad supra dicta non relinquatur libera voluntati Episcopi & clericorum, sed ad arbitrium boni viri referatur.
- 8 Si Episcopus & clericus in casu necessitatis & utilitatis communis nolent contribuere pro rata, potest appellari ab Episcopo tanquam male arbitrante ad suam superiorem, qui illos cogat ad contribuendum in prædicto casu.

- 9 Ecclesiæ & clericis possunt excitari & requiri per Regem & potestates seculares, ut contribuant in supra dictis necessariis & utilitatibus publicis & communibus, non tamen cogantur nisi per eorumdem iudicem competentem.
- 10 Glan. c. non minus, verb. relenandas, de immunitat. eccl. intellectus.
- 11 L. 11. tit. 3. lib. 1. nou. Collecti. reg. intellectus.
- 12 L. 2. eod. tit. intellectus.
- 13 Distio, salvo, exceptionem denotat à regula præcedente.
- 14 Intellectus à contrario sensu elici non debet contra iura expressa civilia, vel Canonica, nec quando ex hoc sequeretur correctio iuris, vel resularet praus vel absonus intellectus.
- 15 L. 11. tit. 3. lib. 1. nou. collecti. Reg. in versic. Trosfi de heredad. que sea tributaria, intellectus.
- 16 Mutatio persona mutat qualitas & privilegia.
- 17 Bona ante sacerdotum possessa, adepto sacerdotio, clericis gaudent privilegio.

L. 11. tit. 3. lib. 1. nou. collecti. Regiz.

QUESTIO III.

VARO circa l. 11. tit. 3. libr. 1. a. noue Collecti. Reg. qua cauetur, Que en los pechos que son para bien comun de todos, assi como para reparar de muro o de calçada o de carretera, o de puente, o de fuente, o de compra de termino, o en cosa que se haga para velar y guardar la villa y su termino en tiempo de menester, que en estas cosas tales a fallecimiento de proprio de Concejo, deaen contribuyr los clerigos, por quanto es pro comun de todos, y obra de piedad, y otrosi de heredad que sea tributaria, en que sea el tributo apropiado a la heredad, que las clerigos que cõprare las tales heredades tributarias que pechen aquel tributo, que es apropiado y anexo a las tales heredades. Quod etiam probat l. 2. tit. 12. part. 3. & l. 54. tit. 6. part. 1. & de iure communi est text. capitalis in l. ad instrucciones & ubi communi de D. D. C. de sacrosanct. eccles. & hæc est communis opinio Legistarum & Canonistarum, ut testatur Rip. in 27. esp. titul. de Eccl. ad iust. can. folio 33. & resp. 168. num. 5. & segg. Otalor. de nobil. c. 1. num. 11. in 2. part. dicens, hoc non esse fauore ipsarum causarum, ut quidam putant, sed quia vult munera patrimonialia, quæ appellantur tributiones, à quibus nemo excusatur, secundum Bartol. late Petrus Duennas in regul. 100. limitatione decima sexta, latius Auiles cap. 23. præ. in gloss. Den. orden per totam, optime Rebuff. 1. tom. in Constitutiones Regis Gallis, titul. de sentent. promission. articulo tercio. gloss. 6. per totam, pagin. 268. Auend. 2. part. capite decimo quarto prætorum, num. decimo nono, Nicol. Balbi in consil. suo, quod sequitur post decisionem 68. Pedemont. n. 5. & sequens.

An hæc & corrigatur per ius canonicum, nec ne? & an iudices seculares possint cogere clericos ad solutionem prædictorum, de quibus in hac nostra leg. Et videtur corrigi ius civile in hoc per iura canonica, nempe textus in cap. non minus, & in cap. aduersus, de immunitate Ecclesiæ, ubi cauetur, quod laici non possint collectas imponere clericis, etiam imminente necessitate clericorum & laicorum, sub poena excommunicationis: nec clericis tenentur hoc casu aliquid conferre, nisi sponte velint, approbante Episcopo cum clero, & ubi laicorum non suppetunt facultates: item Romano Pontifice prius consulto, quod si fecerint laici, humiliter & deuote precipientium cum gratiarum actione. Et præterea probat text. in cap. quanguam, de censibus, libro 6. quod exigentes gabellas vel vectigalia à clericis, sunt excommunicati & raptores: & hæc partem in terminis

per prædicta tenet *glos. in generaliter §. nonarum, verb. collationibus in fin. 16. quæst. 1.* dicens, Non ergo tenet lex quæ dicitur, quod clericus tenentur ad instructionem minorum alias iterum, *vt C. de sacrosanct. eccles. l. ad instructiones*: quam opinionem supradictis iuribus & aliis pluribus fundamentis latissime probat atque defendit in fauorem Morastertii montis Oliuetici ciuitatis Senatum Abb. Panormit. *conf. 1. per totum, lib. 1.* vbi respondet fundamentis contraria partis, & allegat ita tenentes Ioannem Andre. iuris canonici *speculum, glosam, & Bart. surr. ciuitis illuminatorem, & expresse Hostien. in summa, tit. de immunitate ecclesie, §. a quibus, vers. ad extra dinaria* & multos alios Doctores antiquos: *ideus repetit ipse Abb. in dict. cap. non minus, num. 18.* vbi inferit dictum suum consilium, sequitur *Laf. in l. placet, in prima lectura num. 14. & 17. & in secunda lectura numero 20. C. de sacrosanct. eccles. post Paul. Castren. in dict. l. ad instructiones tenet etiam Guido Papa decis. sue quæst. 78. ad fin. & Montan. in glos. ordinam. in parte clericis exenti. col. 5. Gregor. Lopez in l. 15. tit. 6. part. 1. in glos. Pecher, pro qua opinio est optimus text. iuris ciuilibus, in aut. scem nulla conuentioni in C. de Episcop. & cler. vbi probatur, quod nullus laicus potest collectam vel onera imponere clericis vel piis locis, nec inuadere bona ecclesiarum vel clericorum, imo hodie contrariam facientes inuadunt excommunicationem ipso facto contenta in Bulla *Cerna Dominus, cap. 12. incipiens qui iurisdictiones ibi aut collectas, &c. & melius calu. 17. incip. quine collectas*, tandem hanc sententiam approbare videtur *dict. leg. 14. tit. 6. part. 1. vers. E. para esto sacer. vbi Gre. Lopez in glos. En las calçadas, aperto eye sequitur opinionem Abb. vbi supra, & eam latissime alias allegans probauit Gaspar. Steph. in tral. de defensione immunitatis ecclesie, pag. 108. vbi ¶ postulat ex hoc infert, clericos compelli non posse ad soluendam vulgo silam dictam, pro reparatione fontium, aut pontium, & similiarum rerum impositarum per commune ciuitatis, licentia Papæ ad hoc non precedente, quod & tenet Nauar. in *manua, cap. 17. n. 201. & c. 27. num. 97. & Medina in C. de re. restitut. quæst. 15. in prin. fol. 13. & fol. 54. colum. 3. vers. solo ut igitur, & Doctor Azued. in present. num. 6.***

4 Sed contrariū primo quod supra dicta iura canonica minime corrigant iura ciuilia supra allegata. videtur primo probari, quia vt in magis, tam ciuile, quam canonicum, idem videtur disponere in proposito circa contributionem, v. imo est text. de iure canonico, qui expresse videtur idem probare, quod ius ciuile supra relatum, nempe *ca. peruenit, de immunitate, ecclesiarum, vbi* quod nullus iuris de ecclesia excolatur à minorum vigiliis, sed omnes ad hoc generaliter compelluntur. Quod si tanta esset necessitas & periculum quod si expectaretur assensus Papæ, ciuitas & populus per inimicos affantes inuaderetur, tunc sufficeret consensus Episcopi & clericorum, vt tenet Gregor. Lopez in *d. l. 1. & Gaspar. Steph. vbi supra pag. 44. & 63.* Et in tali necessitate ipsi clericus tenentur personaliter succurrere, vigilando ciuitatem & custodiendo eam, secundum *quæntum in d. cap. non minus, quænto & alios referens sequitur Doct. Azuedo hic num. 7.*

5 Et si ita inuenio quod *glos. in dict. cap. non minus, vers. re. reuandus*, tenet clericos debere conferre sicut & alios possessores ad iter faciendum, vel pontem edificandū vel reficiendum, *vt in aut. de ecclesiastic. iustitia, §. ad hoc, collat. 9. & in leg. ad instructiones, C. de sacrosanct. ecclesie.* Et sic videtur sentire, quod dictæ leges non corrigatur per ius canonicum, quam sententiam late probat & sequitur Lucas de Penna in *leg. cum ad felicissimam, C. de quibus mune. vel præf. nemini, lib. 10. colum. 1. vers. sed ad hoc tenentur ecclesia subire muna,*

vbi concludit matura circumspectioe omnibus digestis, quod clericis & ecclesiis sunt ad talia onera subeunda huiusmodi rationabiliter debitoribus, abique eo quod Papa consulari, vbi hanc opinionem neque probat pluribus fundamentis, respondens, *ad dict. cap. aduersus*, vt procedat, quando Rectores & Consules, vel alii potestatem habentes in ciuitatibus vellent aliquid ecclesiis vel clericis imponere, tunc ad eorum impositionem, ne fingatur esse commodum, quod forte non est, & sub hoc velamento noua illis onera importunabiliter imponantur, Romanus Pontifex consulari: vbi autem clericis & ecclesiis nihil noui inducitur, sed petitur vt iuxta legum statuta, cū alii contribuant in his, quæ bonum commune directo respiciunt, & ipsi non minus quam laici commodum exinde consequuntur, non est opus vt Romanus Pontifex adeatur, maxime imminente necessitate: quia non est differendum tunc temporis bonum publicum pio consulendo Summo Pontifice, cum certum sit ipsum contra ea que iura natura sunt lege definita nolle aliquid demandare, sicut non est expectandum id, cuius euentus nihil operaretur, *vt in l. si quando, §. fin. ff. de V. l. tit. 1.* Hæc in effectu resoluit Lucas de Penna vbi supra, quem refert & sequitur Auile. vbi supra num. 5. & sequens, dicens quod hæc opinio sibi placet & credit esse verissimam, & quod est gauisus inuenire istam questionem per tam excellentissimum Doctorem examinatam per plures accidit, & clericis illico allegant non teneri ad contributionem pontium, fontium, & similiarum Papa inconsulto, quia non est necesse quod Papa consulari, & inquit Reb. vbi supra, quod communitate Doctores tenent contra *glos. dicentem dict. leg. ad instructiones*, esse correctam, & allegat alios tenentes, ecclesiam & clericos teneri contribuere pro reparatione murorum & similiarum, & fortificatione ciuitatis. Tandem concludit, de consuetudine ad id cogi ecclesiam & clericos duobus interuentibus. Primo, quod refectio fiat propter necessitatem, & non ad decus vrbium solum: quia clericus inuaduntur pontibus, & aliis muris & itineribus, sicut laici, vnde secundum naturam esse, cum pati incommoda, quæ sequuntur comoda, *vt in leg. secund. nat. 1. ff. de reg. iur.* Hoc quipsum requisitum sequuntur etiam Auile. vbi supra n. 4. ad fin. & Petrus Duernas *limit. 6. regul. 100.* Secundo requiritur, quod ecclesia res ibi possideat temporales secundum Reb. vbi supra asserentem, quod sic fuerunt condemnati lapidissime clericis, & capitula ecclesiarum à Senatu Parisiensi, & refert plura arcta lata super eo in eodem Senatu, & sic patet secundum ipsum *lib. 1. nu. 7.* sententiam iudicis Regii super refectioe pontium vel itinerum publicorum esse executoria, siue iudex condemnauerit aliquos ad reficiendum, siue ad dandā pecuniam pro potestate itinere republ. reficiendo, quia pecunia omnes res æstimantur, *vt in leg. si ita v. ff. de iudic. §. num. 2.* tenet, quod hæc sententia executioni mandabitur non obstanti appellatione; quia in his regulariter est periculum in mora: ideo executio faciendā erit. Limitat tamen idem Reb. *dict. lib. 1. nu. 7.* omnia supradicta, quando transitus frequens non est per itinera publica faciendā, quia tunc clericus pro eis non tenentur, quod prius tenuit *glos. in dict. leg. ad instructiones*, sicque Reb. *resoluit*, iudices Regios & Senatū ipsum esse competentes aduersus clericos & ecclesias in proposito: cui alludit, quod etiam tenet Auileus. vbi supra numero vndequomodo existimans, quod si Episcopus noller iubere clericis, vt in talibus contribuant, Rex debet adiri, vt ipse præcipiat Episcopo, vt iubeat clericis suis in talibus conferre, & si nolit iubere procedat Rex contra eum: quia Episcopus sub Rege est,

est, iuxta *glossam in capitulo tribuum, 23. quæst. 8.* quod ibi aliquibus similibus probat. Inuenio etiam quod Nicolaus Balbi vbi supra numero 28. & sequens, tenet, quod licet in casibus, in quibus ecclesia tenetur contribuere in oneribus cum laicis, non possit adstringi ad id per seculares potestates vel magistratus, *vt in dict. cap. non minus, & aduersus, de immunitate ecclesie, & clarus in cap. 1. & cap. clericis eodem tit. lib. 6. & Clem. 1. eodem tit. nec etiam per Imperatorem aut Regem vel laicum principem, sed seruari debeat forma dictorum capitulum tamen ista non passim & omni casu procedunt, sed plerumque cessant: nam quando emergunt onera concernentia directo & principaliter necessitate & utilitate ecclesiarum & laicorum, & eo casu res ecclesiarum exigit & periculum est in mora, tunc receditur à regulis iuris communis: *vt in lege prima cum ibi notatis, de d. vno m. fo. l.* nisi enim ciuitas cernit satisfactio militibus prouideret, illi perirent, bonaque ciuium dispererent, dum prelati consulari, sicque licetum erit præter iuris formam contributionibus, etiam ab ecclesiasticis festinantur exigere; quia in his extraordinariis & exorbitantibus oneribus ordinem non seruari ordo est: sentit igitur & tenet expresse dicta *Anthon.* posse seculares iudices hoc casu compellere clericos ad contributionem ita necessariam per subtrahat. erit redditum, Tandem num. *trice. mo. ibi inquit* quod non procedit conclusio prædicta per solitam obseruantiam in contrarium expressam, manifestamque tolerantiam Papæ & vniuersalis ecclesie: quia officiales laici pro obtinendis contributionibus & huiusmodi oneribus ab ecclesiasticis, faciunt executionem in eorum bonis & fructibus beneficiorum: ex his enim censetur quedam tacita dispensatio sic faciendi, vt probat & defendit prædictam consuetudinem, quod non sit à iure reprobatum, *per text. in cap. clericis, de iudic. & in capitulo ad audientiam, de consuetud.* quia illa iura procedunt vbi esset sola consuetudo laicorum, sed in hoc casu dicit secus esse, quia concurrunt tolerantia Papæ & ecclesie. Præterea Ludouicus Mexia in *pragmatica taxæ parisiensis, conclus. 1. num. 6. & sequentibus fol. 21. & iterum conclus. quinta, num. 63. & sequentibus fol. 83.* plurimos Doctores referens, tenet contra Abb. clericos & ecclesias teneri omni iure, etiam diuino, ad contribuendum in his publicis & communes necessitates, coactionem tamen contra ipsos clericos in his casibus iudici ecclesiastico referuari, nisi tam repentina foret necessitas, quod prælati ecclesie adiri non possent, vel requisitus cogere viros ecclesiasticos, recusaret, aut plus debito differret: nam tunc clericus per potestatem secularem cogentur, teste Guillelmo Benedict. quem refert, & ipsius opinionem late pluribus fundamentis probat & num. 70. refert ex *Capitulum in tral. de foris. v. v. corum præd. tit. de ser. iure via, quæstio. 26.* clericos ecclesiasticosque personas per secularem potestatem cogi posse, reparare viam ante domum, & itineris pertinentia sua mundare facere suis expensis, dicens, notandum esse in praxi,*

Vterius pro hac opinio inuenio quendam modernum Olanum in *sua concordia iuris licera C. num. 38.* dicentem, quod secundum Gregorium Lupum iure nouo per hanc nostram *legem vndequomodo*, clericus coram iudicibus laicis conueniuntur, licet hæc lex sibi id non probet: nã licet dicat, quod contribuere tenentur non declarat per quos iudices sunt cõpõlendi & conueniendi: nihilominus tamen, inquit, vsu receptam video opinionem Gregorii, nescio quo iure aut ratione, nisi ad ea que de clerico heretico laici coram iudici seculari conueniunt supra diximus, recurras. Hæc ille. Et iterum in *epitolo legum partiarum, numer. tertio,*

idem auctor ait, per contrarium vsum esse correctam iam *d. l. leg. 54. titulo sexto, parte prima,* dum probat, laicos non posse cogere clericos ad prædictam contributionem faciendam, sed Episcopum: nam hodie inquit ille, etiam clericus conueniuntur coram iudicibus secularibus, & per eodẽ compelluntur ad eorum solutionem. Gregorius tamen Lopez eo allegatus hoc minime dicit, quinimo in *lege quinquagesima prima, dict. tit. 6. par. prima in glos. Pecher.* contrariū probat, dicens, non esse ad hoc compellendos clericos per iudicem secularem, sed per ipsum iudicem ecclesiasticum *secundum Innocentium in dicto capitulo, non minus, &c.* Sed Egidius Thomatis in libro de *muneribus & collectis, capitulo incipienti, videndum nunc est, colum. 247. cum sequentibus* adducit quinque rationes quare conueniri possit clericus vel ecclesia super huiusmodi oneribus realibus coram iudice seculari, & inter eas elegantem text. in *capitulo, sicut enim, vers. solo ex h. 11. quæstioe prima,* vbi quod in ciuilibus causis clericus coram ciuili iudice conueniendus est, & eo loci numero quinto affirmat esse hanc iuris probatissimam sententiam, quod possit coram seculari conueniri. Possit que tam Principem, quam vniuersitatem, quibus hæc tributa ratione & intuitu veniunt debentur, sibi ipsis satisfacere, capiendū de bonis & fructibus clericorum, ex aliis refert Doctor Quesada *vbi statim allegatur.* Tandem *dict. leg. ad instructiones, correctam non esse per dictum capitulum non minus,* testatur communem esse sententiam, Ripam in *titulo de remedio præferat, contra pestem, §. 1. num. 234. quem refert Doctor Quesada, in li. 1. quæstio. 1. iuris quæst. 4. num. decimo quinto, qui n. præcedenti retulerat dictum Egidii Thomæ & prædicta sequi videtur.*

Quid tenendum in tanta varietate: Certe omnibus recte consideratis, existimo tenendam seruandamque esse abique dubio primam partem, & sic opinionem Abbatis & sequentium per iura expressa supra allegata, scilicet *text. in dicto capitulo non minus, & in dicto capitulo aduersus, de immunitate ecclesie, & in dicto capitulo de ser. iure via, quæstio. 26.* clericos ecclesiasticosque personas per secularem potestatem cogi posse, reparare viam ante domum, & itineris pertinentia sua mundare facere suis expensis, dicens, notandum esse in praxi, Vterius pro hac opinio inuenio quendam modernum Olanum in *sua concordia iuris licera C. num. 38.* dicentem, quod secundum Gregorium Lupum iure nouo per hanc nostram *legem vndequomodo*, clericus coram iudicibus laicis conueniuntur, licet hæc lex sibi id non probet: nã licet dicat, quod contribuere tenentur non declarat per quos iudices sunt cõpõlendi & conueniendi: nihilominus tamen, inquit, vsu receptam video opinionem Gregorii, nescio quo iure aut ratione, nisi ad ea que de clerico heretico laici coram iudici seculari conueniunt supra diximus, recurras. Hæc ille. Et iterum in *epitolo legum partiarum, numer. tertio,*

in omnibus supradictis, & plures allegans Theaurus Christian. religio qui est Alfonso Guerrero, c. 6. n. 19. cu
 7. *libris segg.* Tandem q̄ nouissime post hæc scripta
 articulum hunc late differunt Doct. Azevedo in hac le-
 ge 1. n. 6. & 7. referens prædictas duas opiniones, &
 plures eorum auctores; & quamvis tenet communē,
 nempe quod d. l. ad instrucciones, & iura similia, & no-
 stra lex Regia v. non sunt correctæ per d. l. cap. non mi-
 nus, & similia. eam tamen communem intelligit cum
 duobus requisitis Petri Rebuffi ubi supra iam relatus: &
 præterea loquens in s. l. a, tenet quod possit imponi
 propter publicam & communem necessitatem, pro-
 priis tamen populi deficientibus, vt in nostra l. & in
 d. l. l. 2. o. tit. 3. & laicis non valentibus succur-
 rete huic necessitati. Item & clericis consentientibus,
 & cum assensu Papæ, nisi ingenti periculo & magna
 necessitate instantibus quia tunc sufficeret consensus
 Episcopi & clericorum, referretque nonnullis ita te-
 nentes. Et quamvis postea dicit vidisse consilium Ni-
 colai Balbi ubi supra num. 21. & sequenti, tenentis hoc
 vltimo casu, si clericus & Episcopus requisiti dissentirent,
 periculumque esset in mora, laicos auctoritate
 superioris laici posse capere fructus prædiorū, & alia
 bona temporalia clericorū pro rata honorum, ad quæ
 ecclesia tenetur, & sic videtur remanere cum hac opi-
 nione nihilominus tenendum est quod prædixi. Et il-
 lud de s. l. a imposita pro rebus & oneribus ad quæ te-
 nentur ecclesie atque ecclesiastici, quod ipsam eam
 teneantur, alias secus, tenet simpliciter F. Ludo. Lopez
 in suo instructorio conscientiarum, 2. part. cap. 40. colum. 304.
 & sequenti bus, et Syluester ubi supra num. 22.

8. Et iuxta prædicta q̄ iura canonica sunt limitanda
 & restringenda prædicta omnes leges Regie supra
 allegatæ, vt existimat Greg. Lop. ubi supra, cuius opi-
 nione in hoc quoque proba, addens cum eo, non esse
 referendum ad liberam voluntatem Episcopi & cle-
 ricorum verbum illud cap. non minus. cum dicitur:
 Nisi Episcopus & clericus tantam necessitatem vel vtilita-
 tē aspexerint, vt abque vlla coactione ad releuandas com-
 munes vtilitates vel necessitates, ubi laicorum non sup-
 plet facultates, subsidia per ecclesias existiment conferen-
 da. Nam illa existimatio arbitrio boni viri relinquen-
 da est, non vero liberæ voluntati, & sic quod in tali-
 bus & communibus operibus debeant contribuere, &
 ad hoc suam voluntatem & assensum præstare Nam
 verbum, si estimauerit, ad arbitrium boni viri, non ad
 beneplacitum voluntatis referitur, vt in l. s. i. de comensis,
 & quanquam ff. de legat. 3. Vnde existimo quidem, quod
 si Episcopus & clericus in casu prædictæ necessitatis v-
 tilitatis communis nolent contribuere pro rata, pos-
 set iure optimo appellari ab Episcopo tanquam male
 arbitrate, ad suam superiorē, qui illos coget ad cō-
 9. tribuendum in prædicto casu. Exhortari autem &
 requiri poterunt ecclesia & clerici per regem & po-
 teritatem secularem, vt contribuant in supra dictis nec-
 cessitatibus & vtilitatibus publicis & communibus,
 non tamen cogi, nisi per eorumdem iudicem compe-
 tentem, vt aduertit iussit factum Guido Papæ ubi su-
 pra. Et ita merito Theaur. Christian. relig. ubi supra nu-
 32. in versic. faceret tamen. tenet quod si clericus nollet
 sine legitima causa consentire, populus poterit offi-
 cium ecclesiasticum implorare, vt compellat clericum
 ad consentiendum & contribuendum.

Quibus sic tenendis non obstat text. in d. l. capit.
 peruenit, de immunitate ecclesiarum, quia præterquam
 quod non loquitur in collectis, sed in murorum vigi-
 liliis tempore imminentissime necessitatis, quæ est alia
 materia, text. ille habet varios intellectus assignatos
 per aliquos ex doctoribus supra dictis, præcipue per
 Abb. d. l. consil. 3. apud quem poterunt videri.

Non obstat q̄ etiam glos. in d. l. capit. non minus,
 verb. releuandas, quia si recto inspicatur, nõ sentit nec
 tenet opinionem contrariam, sed imo potius nostram
 videtur amplecti: nam illa glos. est posita ibi super casu
 q̄ excepto, quando Episcopus & clericus inexpectant
 necessitatem vel vtilitatem communem, & laicorum
 facultates nõ suppetunt: & tunc absque vlla coactione
 possunt elargiri. Vnde glos. voluit ibi exemplum
 fingere potius de necessitate & vtilitate communi,
 quam ponere casum exceptum à dispositione illius
 cap. & satis patet, dum dicit: Conferre enim debent, &c.
 sic per verbum Enim continetur ad tex. vt subtiliter
 & cum iudicio aduertit Abb. ubi supra, præmaxime
 quia glos. immediate præcedens in verb. tantam neces-
 sitate, inquit, & ita ex arbitrio Episcopi dependet
 iusplicere hanc necessitatem, tamen aliquid conferre
 non debent, nisi super hoc prius Romano Pont. consu-
 lar. 2. s. a eodem, cap. aduersus, 2. versic. in fine. Non e-
 nim præsumendum est glosam istam sequentem velle
 vilo modo tenere contra dispositionem tex. cui ap-
 ponitur, sicque glos. illa debet intelligi iuxta tex. quem
 interpretatur, cum alias de iure sit, quod dictum glos.
 vel docto. debet intelligi secundum legem, quam al-
 legat, iuxta doctrinam Barto. communiter approbatam
 in l. nõ solu s. si i. e. auctor. ff. de liberatione lega.

Non obstat etiam tradita per Lucam de Penna,
 Auileñi & Rebuffi ubi supra, quatenus tenent & refe-
 runt factum, quod iudices seculares, maxima imminente
 necessitate cogant clericos & ecclesias ad contribu-
 endum in prædictis necessitatibus & vtilitatibus
 communibus in consilio Romano Pontifice. Quia
 respondeo, hoc esse contra dispositionem expressam
 iuris canonici in d. l. cap. non minus, & cap. aduersus, de
 immunitate ecclesiarum, omnino seruandi. Et laici a-
 lud facientes de facto, peccant & sunt excommuni-
 cati, vt in dictis iuribus: & non quod sit, sed quod fieri
 debet attendendum est, præcipue cum imminente
 maxima necessitate, ita quod ad eam subueniendam
 Romanus pontifex adii nequeat sine periculo in
 mora, sufficiat quod Episcopus sine eius vicario a-
 deatur, vt id prouideat cō assensu cleri, quibus renu-
 entibus adest remedium appellationis & exhortatio
 Regis, vt supra resoluimus. Non etiam obest quod ex
 Capolla retulit Mexia ubi supra, quia est falsum & cō-
 tra prædicta iura. Sic etiam non obest quod dixit Ola-
 nus ubi supra nempe d. l. 1. par. 54. quæ in fauorem nos-
 træ sententiæ adducta fuit, esse correctam contrario
 vii: quia si illud sit, de facto, non autem de iure,
 maxime cum Gregor. Lopez ab eo relatus id non di-
 cat, sed imo contrarium tenet, vt supra aduertit.

Non etiam q̄ obstat nostra lex Regia in tit. 1. lib. 11.
 1. Noua Collect. Reg. nam ea non dicit, vt iudices se-
 culares cogant clericos ad contribuendum in supradic-
 tis, sed tantum asserit, Que en estas cosas tales, asfallecimen-
 to de proprios, denen contribuir los clergos, por quanto
 es pro comunal de todos, y obra de piedad. Hoc autem
 verbum deuen intelligendum est iuxta canonicas san-
 ctiones, & earum forma seruata, quibus ligantur cle-
 rici. Et hæc mea sententia probabilis est: non tamen
 distator clericos teneri legibus iustis & secularibus
 principibus promulgatis, si nõ de re spirituali sint, sed
 de rebus ad humanum conuictu pertinentibus, vt la-
 tissime resoluit Maranta in disputatione 8. maxime ex n.
 17. ad quarum legum obseruantiam compellendi sunt
 per proprios iudices non per seculares, vt dixit l. 54.
 tit. 6. part. 1. v. ad: Couarr. pract. quest. cap. 33. in fin. &
 Sarmiento, select. inter lib. 7. cap. 11. per totum. Vnde cau-
 bis à Redin. de maiestate principis, num. 166. & ab Olano
 in concord. vbi in lit. C. num. 18. & 30. multum attribuen-
 tibus in hoc iudicibus secularibus.

11. Nec obstat, l. 2. eiusdem tit. à contrario sensu, dum in-
 qui, Ordenamos y mandamos, que ningunos concejos, ni
 señores de lugares, no constriñan a preuianos a los cleri-
 gos, iglesias, y monasterios, que poben y paguen, ni contribuy-
 am pecbos ni pedidos, ni otros seruicios, salvo en aquellos
 casos que se contienen en la ley deste titulo, que comiencen.
 Exemptio deuen fer, qua est d. l. 11. quæ t̄ dictio Saluo,
 13. exceptionem denotat à regula præcedenti, glos. in leg.
 a. lione, C. de trans. & in cap. consultatiōni, de offic. deleg.
 Refert & sequitur alios allegans Doct. Per in leg. 17.
 tit. 3. lib. 1. ordi. colum. 143. in glos. villas y lugares. Ex quo
 videtur, quod in casu nostræ legis id possint facere
 14. laici. Nam respondeo q̄ quod iste intellectus à con-
 trario sensu elici non debet contra iura expressa, ciuili-
 lia, vel canonica, vt tenet Euerard. in topicis legali-
 bus, in loco à contrario sensu, vers. primo enim & in vers.
 secundo, vbi quod nec quando ex hoc sequeretur corre-
 ctio iuris vel resularet prauus & absonus intelle-
 ctus, vt in l. commentuola, C. de Episcop. & cleric. præma-
 xime cum in d. leg. 11. relata in d. l. leg. hoc non ex-
 primatur. Nec enim est credendum conditores dicta-
 rum legum aliud sensisse, nec voluisse contra iura ca-
 nonica & iuris dictionem ecclesie, cum ipsimet ita-
 tim in leg. 5. eius tit. dicant: Assi como nos queremos que
 ninguno se entre meta en la noest. a iusticia temporal, asfues
 muestra voluntad que la iusticia eclesiastica y espiritual nõ
 sea perturbada, y sea guardada en aquellos casos que el de-
 recho permite. Por ende ordenamos y mandamos que los se-
 ñores temporales, ni los cõcejos, ni los maestros ruzes y al-
 kaldes seculares no embarguen, ni perturbende hecho la i-
 urisdiccion eclesiastica en aquellas cosas de que pueo conocer
 segun derecho. Sed de his contributionibus cōtra ecclesiam
 & clericos Episcopus cum clero astimare debet,
 an sit cõferendum, & hoc cõsulto Romano Pontifice,
 vt in dictis capitulis, nõ minus & aduersus, de immunitate
 ecclesiarum: Ergo iudices seculares nõ possunt se in
 his introumittere ad cogendum ecclesias, nec clericos.
 Voluit igitur, quod licet, vt in casibus d. l. leg. 1. cleri-
 ci, ecclesie & monasteria debeant contribuere, sicut ip-
 samet l. 11. disponit, non ergo ad hoc tribuit iurisdi-
 ctionem cõcilis, nec dominis locorum, quandoquid-
 dē nec vlla lex iudicibus Regalibus tributa inuenitur.

15. Vltimo q̄ aduerto pro intellectu nostræ legis in
 ver. Otrosi de heredad que sea tributaria quod ca est in-
 telligenda, prout videtur loqui, nempe quando fudus
 est tributarius, antequam deueniat ad clericum nõ
 postea non potest lege vel statuto seculari præiudicari
 immunitatibus clericorum vel ecclesiarum, vt in cap.
 que in ecclesiarum, de constitut. & in auben. casa & v. rita,
 C. de sacrosanct. eccle. Præterea est intelligenda, quando
 prædia, vel res tales sunt affectæ onere tributorum
 expresse & specialiter ex conuentione partium. Secus
 verò si tantum sint affectæ vel obnoxia tributis ex ge-
 nerali lege, obligatione & hypotheca, qua sunt Regi
 tacite obligata pro tributis omnia prædia priuatorū,
 vt in leg. 1. & 7. C. in quib. causis pigno. contrahat
 quia tunc, si talia bona pertinerint ad clericum, non
 transeunt cum onere, argum. l. 12. tit. 3. lib. 4. ordinamē-
 tot, que ait, Que quando algunas heredades comp. aru-
 biones de pechera, nõ passe con su carga de pecho. Mutatio-
 16. ac t̄ enim personæ, mutatur qualitas & priuilegiū in-
 habentes rei ratione personæ, l. Paulus per procuratorem,
 & ibi Bart. num. 3. ff. de acquirenda hered. l. licitatio, §.
 fin. ff. de public. & vestigal. ideo bona ante sacerdotium
 possessa, adepto sacerdotio, clericali gaudent priuile-
 gio, vt probat D. t̄ Perex in l. 1. tit. 3. lib. 1. ordinamē-
 colum. 90. & 91. vbi alios allegat, & Mariens in leg. 11.
 glos. 4. per totam, tit. 10. lib. 1. nou. collect. Reg. fol. 312. &
 sequent. idem Mariens in l. 3. tit. 1. glos. 1. num. 5. & in
 leg. 9. tit. 1. glos. 2. num. 5. eod. lib. 5. & iste est casus mira-

bilis, in quo onus hypothecæ legalis non transit cum
 recita hæc duo ad nostram l. 11. adducit Otalora. de no-
 bil. 2. part. cap. 1. num. 10. fol. 23. Primum autem latissime
 agens ad partes probauit cum Otalora ubi supra & D.
 Perez, quos refert Doct. Quælad. lib. 1. quist. iur. d. l. qu.
 4. per totam, vsque ad num. 10. in clusue, & inquit Thea.
 Christian. religio ubi supra num. 5. quod quando bona
 habeant onus perpetuum, annexum, & inuariabile,
 transeunt ad clericos cum oneribus suis. Si vero onus
 non est perpetuum, sed variabile, vt quando imponi-
 tur persona pro rebus, vt sunt descriptiones & esti-
 mationes, quæ sunt hodie, quia æstimantur bona cu-
 iuscunque, vt soluant plus, vel minus, secundum im-
 positionem collectæ, & ad ista onera non tenetur ec-
 clesia vel clericus: & iterum num. 33. vers. dicunt enim,
 quod bona ecclesiastica non tenentur ad aliqua onera
 mundana, nisi prius fuissent censuaria, aut tributaria,
 quam peruenissent ad ecclesiam, ita quod soluisent
 certum tributum vel censum: aliter autem non tenen-
 tur, quamvis prius collectis tempore necessitatis vel
 vtilitatis aliquas soluetas seu factiones.

SUMMARIA.

1. Quia index erit competens aduersus clericos, eorumque pecora damnum dantia in fructibus alienis vel pastibus vetitis, vt cogat clericos ipsos soluere penas ab statutis concilioꝝ impolitas, an ecclesiasticis vel secularibus.
2. Quando tributum est appropriatum ipsi rei, index secularis potest mutare ad rem clericis, & inde recipere tributum, quia est de sua iurisdictione, sed non potest aliquid facere in personam clericis.
3. Princeps secularis potest statuere, quod animalia clericorum & ecclesiarum a iure pastus arceantur, vel etiam a pastus priuatorū, nec sumant illa domus inuitis, & quod si inueniantur in illis pastus sumantia soluant penas, alias impune possunt offendi.
4. Casus præsentis questionis in Regali Cancellaria Pirriana practicati.

L. 12. tit. 1. lib. 1. nou. collect. Reg.

QUESTIO IIII.

Varo, an circa l. 12. tit. 3. lib. 1. nou. collect. Reg.
 qua cauetur: Que si en algunos lugares de los Rey-
 nos fuere ordenado, que se guarden los paves y las crinias
 y los otros frutos de las heredades comunes del pueblo, y
 fuere halla do que hazendano las bestias y ganados de los
 clergos, que en razon de pagar las penas y lo que assi fuere
 ordenado todos assi clerigo, como legos, lo paguen; y que las
 penas se cobren, assi de los unos como de los otros.

Quis index q̄ erit cõpetens, hoc casu aduersus cle-
 ricos, & eorum pecora damnum dantia vel facientia
 in prædictis fructibus, vel forte in pastibus vetitis &
 prohibitis ad hoc vt cogat clericos ipsos soluere præ-
 dictas penas, an ecclesiasticis vel secularibus; nam lex
 hæc hoc non aperit, sicut nec præcedens in suo casu.

Et videtur primo sine dubio dicendum, quod ec-
 clesiasticis, non vero clericis, per text. in cap. nõ mi-
 nus, in cap. aduersus, de immunitate eccle. & per omnia su-
 pra à me adducta in questione præcedenti, iuxta sen-
 tentiam quam ibi tenui.

Secundo, & in terminis hoc videtur sentire Doct.
 Castell. in l. 7. o. Taur. glos. mag. fol. mibi 150. col. 1. in vers.
 vides etiam, secundum veterem impressionem, & in noua in
 additio. in ep. Veruntamen, in d. l. vers. vides etiam, num.
 18. vbi dicit, quod clericus in huiusmodi casibus, si con-
 traveniant, puniuntur pena statuti, scilicet à suo iu-
 dice ecclesiastico, per ea que decidunt Doctores
 in cap. quod clericis, de for. comp. Faciunt etiam tradita